

Bibliothèque numérique

medic@

**Besnier, Henri - candidat / Andry,
Nicolas - président. - An
Erumpentibus Variolarum ??????????,
à Phlebotomiâ, & purgatione semper
abstinendinum ?**

1712.

*Paris : Apud Viduam Francisci
Muguet, Regis & Facultatis
Medicinae Typog.
Cote : ms 2325 n°68*

QUÆSTIO MEDICA,

*Quodlibetariis disputationibus manè discutienda in Scholis
Medicorum, die Lunæ 18. Januarii 1712.*

M. NICOLAO ANDRY, Doctore Medico,
Lectore & Professore Regio, Praefide.

An Erumpentibus Variolarum ēnθūmatov, à Phlebotomiâ, & purgatione semper abstinentum?

I.

CO M M U N I ēnθūmatov atque ēzavθīmatov nomine, cutaneas quavis efflorescentias, seu extimam cutis superficiem duntaxat attingentes, seu in ipsâ sublimes indiscriminatim appellantur nonnulli veterum A, usus tamen obtinuit B ut ēzavθīmatov proprie dicantur quæ cutem tantum maculis foedant, ut Petechiae seu Papulae, peculiari appellatione, purpura nuncupatae, quatuor Hippocrates, Galenus, Ätius, meminerunt C: ēnθūmatov verò quæ eam præterea attollunt, in quibus numerantur Morbilli & Varioz, veteribus Græcis & Latinis haud incogniti morbi D, licet peculiarem de iis mentionem non fecerint, ut pote quos inter malignarum febrium accidentia duntaxat recenserent, subque generali ēzavθīmatov, aut ēnθūmatov, vocabulo, criticè quidem erumpentium, nec proprium & peculiare morbi genus constituentium, comprehendenderent E, ita ut indicatæ febrium curatione, illorum curam particularem habendam esse haud existarent. Variolæ itaque, quas ab antiquiori causâ, nempe à sanguinis materni inquinamentis ortas, opinati sunt Arabes F, proindeque nec novum G censuerunt esse morbum qui ut vulgo & minus aptè creditur, ab iis circiter temporibus quibus eas descriptsè H, in orbem effundi cœptus sit: ēnθūmatov sunt epidemicè, ut plurimum, certisque quibusdam annis, vere I præsertim irruptientia, quæ vix quisquam per vitæ curriculum declinat; pueros potissimum infestantia, nonnunquam adulotos, quin & senes (ut hisce temporibus contigit, ubi non nullos ultrà decem & sexaginta annis natos, hoc morbo affectos, tandemque feliciter restitutos vidimus) nec semel tantum, ut fere fit, sed quandoque secundo, tertio quarto, &c. eundem invadentia, febri ut plurimum continuæ, aliquando intermittent supervenientia K, tumque rubentia primum, varorum magnitudine (undè & Variolarum L nomen) confertim in corporis superficie, ac præsertim in facie, manibus, pedibusve erumpentia, mox intra aliquot dies suppurantia, & in crustas tandem abeuntia, aliquando foveis in cute relictis, aliquando nullis: funesta plerumque si segniter erumpant, nunquam verò non lethalia si semel enata retrocedant aut quiescant, ut referente Hippocrate M, contigit Tymonactis filio bimestri, cui pustulæ in cruribus, coxis, lumbis, & imo ventre, rubicundæ effloruerunt, quæ postea conquisiverunt, tumque convulsiones & mortem accerserunt: item ægrototo adulto, vigesimum jam annum agente, sileno dicto, cuius morbum ita exponit sedulus ille observator, ut præcipua Variolarum & cum erupturæ sunt, & male tandem erumpunt, Symptomata fusæ & dilucidè describat, qui silenus octavo vehementissima febris die, sudore per totum corpus, diffusus est, cum pustulis rubentibus, rotundis, parvis, varorum N speciem referentibus, quæ consistentes, nec amplius crescentes, undecimo tandem die, cum ægrotante, qui tūm è vivis excessit, evanescunt.

A

A Hipp. 5. epid.
sext. 3.
Coac. præn. 4444
Actuar. lib. 1.
meth. med. c. 20.
alique.

B Galen. 3. in 54
epid. comm. text.
51.

Fern. alique
quam plures.

C Hipp. 1. epid.
sext. 2. Itau. 2.
Idem 4. epid. in
fine. 5. epid. ver-
sus finem. 7. epid.
ad calcem.

Ätius lib. 5. c. 129.
Actuar. lib. 1.

meth. cap. 23.

D Hippocrat.,
Galen, Ätio, hic
verò de pustulis
puerorum acu per
forandis loquitur
lib. 14. cap. 63.

E Ant. Merindol. de febrib. cap.
ult.

River. meth. cur.
feb. sext. 3. c. 2.
alique optime
notæ medici, id
obseruant.

F Avic. lib. 4.
feb. 1. tract. 4.
c. 6. ali que quo-
rum sententiam
fecuti sunt Sennert,
lib. 4. de febrib.
cap. 10. Duncar.
lib. 3. cap. 8.

River. loco cit.
Zuinger. Theat.
Prax. Med. ali-
que quam plures.

G River. loco
jām cit.
H Aun. Chr.
millesimo quin-
gentesimo.

I Hipp. aph. 20.
sext. 3. 78 mis-
sio hps ēzavθī-
matov īkōdēs
ēzavθīmatov.

Vide Heurnium
in hunc aphor.

K Ant. merind.
de febrib. cap. 10.

L Mercur. de
morbo puer. c. 2.
River. meth. cur.
feb. sext. 3. c. 2.

M Hipp. 7.
epid. versus finem.

N oīor īordai

2

A. Epid. sec. 3. runt A; illa ita aliquando luxuriant, ut non solum per totam corporis
B. Epid. sec. 3. peripheriam disseminentur, sed præterea in faucibus, ore, ano, emineant, quem-
iuis.
C. Avicenn. lib. 4. admodum in quibusdam febribus, antè vernum tempus, epidemicè sanguientibus,
feb. 1. tract. 4. accidisse narrat Hippocrates B, alias pauca sunt & rara, alias rubra, cineritia,
cap. 8. violacea, quin aliquando nigra C, qualia enata esse scribit Galenus, in malignâ
Fernel. de morb. pestil. lib. 2. c. 12. quâdam tempestate, ubi postquam vomuerant ægrotantes, eorumque alvus fluxe-
rat, iis qui evasuri erant, pustulæ nigræ, toto corpore confertim erumpabant, qua-
rum quædam sponte deinceps apertæ, in crustulas abibant, quædam non apertæ,
versus finem.

D. Galen. meth. med. lib. 5. c. 12. asperæ nihilominus & scabiosæ evadebant, subque squamarum specie decidebant,
quo peracto, integræ sanitati restituebantur ægrotantes D: Aliæ majoris pisæ ma-
gnitudinem æquant, quædam miliæ, figurâ rotundâ aliæ, ovali aliæ, aut irregu-
lari; sèpè in hemispheriam attolluntur, quandoque humiles & depressæ cernuntur:
ipsis aliquando nullæ aliæ consociantur eruptions, aliquando verò papulæ rubræ,
lividæ, aut nigræ interpositæ conspiciuntur, imo & in medio pustularum quasi clavus niger impressus nonnunquam advertitur. Si pauciores sint, albæ, latæ, probè
E. Zwing. Theat. præs. med. fastigiatæ, circulo, in basi, maximè rubicundo cinctæ, cum febris remissione, tûm
boni sunt ominis E, ægrique perfectæ & citræ deformes cicatrices ac foveolas pri-
stinam valetudinem recuperant. Si autem pallidæ evadunt, aut nigræ, nullo circulo
rubro ardente circum scriptæ, planæ magis quam sublimes, in medio acumine cavæ,
tarde admodum & ægiè erumpentes, tûm semper periculosæ existunt, in primis si
simul febris acuta teneat, aut petechiæ intermisceantur, neque facies, manus,
pedesvè in tumorem assurgant, aut si alvi fluor superveniat, ut iis contigit de qui-
bus Hippocrates in ardentium quarundam febrium descriptione, qui similibus tuber-
culis simul & febre affecti, celeriter interibant cum alvi fluxus advenire F. Pericu-
losæ iterum, imò lethales plerumque, quibus jam apparentibus, sitis interna, fre-
quentes horrores perseverant, quarum crustæ duræ admodum cernuntur, quæque
laceratae sanguinem magis quam purulentam materiam fundunt: periculosæ denuò
in quibus transpiratio penè intermissa cutis texturam irrigare ac emollire nequit,
periculosæ ubi aridæ omnino sunt fauces, deliria adsunt, veterinus, motus convul-
sivi, pulmonum angustia, præsertim si hieme contingat morbus, tûm enim licet
G. Coel. Aurel. de morb. acut. & chron. prefat. interna perspirationis instrumenta huic promovendæ magis idonea sint G, undè &
H. Fred. Osiann. disser. physico. med. disser. 1. aërem frigidum transpirationi maximè favere afferunt multi H, quod & eorum
voracitate qui frigidas regiones incolunt, probari posse videret I, tamen propter
ambientis aëris, cutem contrahentis, objectos obices, mindis integra succedit no-
xiorum per cutis poros deturbatio, cuius sane transpirationis defectu, seu à con-
strictione cutis obortu, seu à minori internarum partium, robore, seu ab aliâ qua-
cumque causâ, gravissima Variolarum symptomata exsurgunt. Hinc senibus quam
juvenibus, fæminis quam viris, & obesioribus quam gracilibus, periclosior ut
plurimum, Variolarum affectus. In his enim quam in illis K minor est sanguinis
perspiratio.

I I.

VARIOLARUM fermentum, in circumeunte sanguine altius reconditum
oberrat, citræque ullam sui significationem per aliquod tempus, plures aut
pauciores annos perseverat, non fecus ac in vino, cerevisiâ, succis plantarum,
syrupis, condituris, partes fermentationi idoneæ diu delitescunt & conquiescunt, aut
eadem ratione quam virus è salivâ canis rabidi semel eructatum, menses integros,
quin & plures annos L in vulnerati sanguine inviscatum commoratur. Fermentum
autem illud sale acri salso constat, quod tandem ab externâ causâ, jugi motu, in
maximo sanguinis cœstu, percitum, asperâ suâ superficie, sulphureos sanguinis glo-
bulos discerpit, ex iisque sales involutos elicit, qui in sero dissolvuntur, & globu-
los sanguinis magis ac magis discerpunt, quod satis testantur rubentes ut plurimum
urinæ, cum è contra in sanguinis coagulatione, limpidiores aut pallidiores reddan-
tur, ob strictiorem scilicet globulorum sibi invicem adhærentium, connexionem,

L. Zwing. Theat. præs. med. in hydrophobia aliæ que quam plures plen observarunt.

è quibus serum elicetur, quemadmodum acidi cujusdam affusione serum lactis è
 parte butyrosa erumpit, A idque exemplo comprobatur hydrocorum qui si ineunte
 morbo oxymel scilliticum frequenter sumant, urinas excernunt quam antea deco-
 loratores B. Ex hac autem globulorum sanguinis comminutione, quandoque
 mictus sanguineus exoritur, quandoque etiam sanguinis profluvium per nares, al-
 yum, renes, pulmones. Ab eadem sanguinis commotione & fermentatione, dolo-
 les capitum exsurgunt, cruciatus lumborum, vomitiones, inquietudines, ardores,
 &c. At verò si hæc ipsa globulorum sanguineorum comminatio, & à se se invi-
 cem disgregatio perseveret, serum ferè omne ex suis claustris excitatur, foras tru-
 ditur, & tandem sanguis aliquando exsiccatur, undè & faucium ariditas, asperitas
 linguae, sitis urens, pulmonum inflammatio, angina, aliaque id genus mala: cave
 enim adducaris ut credas atrocia hæc variolarum symptomata, non solum cum
 erupturæ sunt, sed etiam dum erumpunt, non nunquam contingentia, à sanguine
 acidis coacto, potius quam seri, partiumque volatilium jacturæ inspissato, origi-
 nem ducere: enim verò sales hi salso-acres, ex acidis nempè & alkalinis fixis
 conflati, ut vel ex eo conjicere licet quod dum cuti Variolis conspersa inhærent,
 non diffitantur, sed vestigia profunda inurunt, hi inquam sales, ob majorem quæ
 pollent soliditatem, majori quoquæ dum à corde & arteriis vibrantur, feruntur
 impetu, tuncque mole suâ fixâ, suisque quibus hirti sunt aculeis, sulphurearum
 partium stamina potentius dividunt & lacerant, atque hinc major sanguinis disso-
 lutio, & tandem exsiccatio. Sales autem hi antea torpentes, ab iis primùm exutiuntur
 quæ sanguinis motum intendere apta sunt, ut exercitiis immodicis, vigiliis nimis,
 compotationibus C, irâ, quin & aliquando formidine nimia, undè sèpè numero eos
 citius aggrediuntur variolæ qui ne abiis corripiantur, vehementius pertimescant; ne-
 que enim eam esse imaginationis vim tibi suadeas quæ per se morbum qui timetur,
 procreare D valeat; quemadmodum opinantur plurimi, & inter ipsos non nulli vera
 ne an absurdâ loquantur parum adeo solliciti, ut hos si audias E, etiam alias alium
 quâlibet cum animi tunc corporis ægritudine afficere possit. Imaginationis quidem
 magnam vim esse plurima eaque lectu digna testantur exempla F, nec certe inficias iri
 potest malignos quosdam morbos, ex eorundem timore ingenti aliquando exoriri, sed
 ex accidenti id tantum contingere procerro habeas, quatenus nimis tunc ingens hic ti-
 mor pravos humores antea in corpore genitos, & quietè latentes, seu somitem hu-
 juscæ affectus visceribus otiosè inhærens aut excrementitiis quibusdam succis in-
 volutum & implicatum vehementi quasi turbine concitat G. Sic non nunquam accidit
 ut qui variolarum, aut pestilentis cujusdam febris seminium intus gerit, funeri cuidam
 obvius factus, atque inde metu percussus, non multò post in eundem morbum incidat:
 huc accedit prava aeris indoles salibus nimis volatilioribus fæti, qui humores per-
 meando, sulphura sanguinis ita exagitut ut ab iis se se extricare incipiunt sales salso-
 acres, & tandem se se prodant variolarum seminium, certè à parentibus traductum:
 variolas enim in morbis hereditariis rectè anumeres, cum nulla alia, si res accuratè
 expendatur, earum communis causa statui posse videatur H. Fermentum itaque
 illud, causa externâ statim excitatum, reliquas circum euntium humorum particulas,
 ad alicujus turgescencie gradum evehit, unde febris adoritur, tuncque sanguis suis
 vasibus cestuans, quieto ut antea circuitu ferri non potest; sed sibi ipse obices faciendo,
 in angustis tubulis hæret, glandulas infarcit; ac eâ ratione singularum quibus constat
 partium motus intestinus augetur, adeoque febris incendium sovetur, donec hete-
 rogeneæ particulae, critico quodam motu ab aliis segregatae extra vas aferantur, ad
 angustos extremæ cutis poros devolvanrur, tandemque in dies auctæ, primò quidem
 maculas, dein pustulas, ac demum exiguos abscessus progenerent.

III.

Si Pustulæ illæ facile, aut levi labore, ut plerumque sit, erumpant, totum certè morbi
 negotium naturæ committendum, secus, huic auxiliari dum contendis, sèpe ita

A ij

A David Hamil-
 ton de febr. mi-
 liari.

B David Hamil-
 ton in eodem tra-
 statu de febr.
 miliar,

C Hipp. t. epid.
 sect. 3. agr. 2.

D Vide Math.
 Untzer. de Iue
 pestif. lib. 1. c. 10.

E Johan. casp.
 Welfphal. Pathol.
 Daemon.

F Vide Lud.
 Viv. ad caput 25.

lib. 12. August.
 de civit. Dei.

Andr. Laurent.
 lib. de Strum. c. 7.
 Munster. lib. 3.
 Cofmogr.

Mart. Weinrich.
 lib. de Monstr.
 c. 17.

Gregor. Horst.
 epist. ad Fabrit.
 Guillelm. Fabrit.
 centur. 3. Observ.
 56.

Lemn. lib. 1.
 Occult. cap. 4.
 Paracum lib. 24.

cap. 7.
 Aventin. lib. 7.
 Annal.

Jo. Math. cent.
 quest. 16. & 36.

Scheuneman. in
 Paracels. de Pestis
 cap. 15.

G Se nert. lib.
 de Confess. Chy.
 cap. 14.

Thom. Fien. de
 Vir. imag.
 Goelen. Cof-
 mogr. Untzer.
 loc. cit.

H Goelen. lib.
 cit.

I Mercur. de
 morb. puer lib. 1.
 cap. 2.

adversaris, ut plerosque jugules quos servare est animus. Has verò illorum quæ modò recensuimus Symptomatum, modo plura, modo pauciora non nunquam comitantur, magna adest spirandi difficultas, tussis violenta urget, pulmones uruntur, fauces, lingua palatum exarescent, perturbatur cerebrum, sanguis rore suo orbatus æstuat, vasa distenta huic continendo vix sufficiunt, perspiratio præpeditur, pravorum succorum secretio retardatur, omnes humores susque deque moventur, nec suis incerniculis se sistunt, aut in iis satis commorantur ut cum humore quo imbuitur in cerniculum coalescere possint; secretionum enim rationem noli pororum conformacionibus, Diametrisve & partium configurationibus referre, singula corporis incernicula peculiari succo imbuit natura huic consimili quem erant pervolatura, indè bilem Hepar, Lien melancholiam, Renes serum expurgant, cuius rei fidem adjuvabit experimentum Chymicis familiare quum Papyrum būbulam oleo inungunt, si oleosum, vel aquâ si aquosum laticem separare est animus. Humores igitur ab ingressu incerniculorum, ingenti sanguinis æstu repelluntur, & quemadmodum vigente febre intensiori inusta Pyrotica exarescent nullamque saniem fundunt, sic profectò variolarum seminum nimia sanguinis fermentatione commotum, per cutis glandulas vix percolatur, undè fit nonnunquam, ut pustulæ antè maturationem deprimantur, aut retrogressæ evanescant, fit etiam interdùm ut sales salso-acres nec partibus internis parcant, quod & multorum cadaverum apertione compertum est, in quibus jecur, Lien, pulmones, omniaque interiora, haud secūs ac cutis, sordidissimis pustulis scaterent A, sic pravè erumpentibus variolis, eò certè omnis tendere debet curandi modus, ut sanguis in vasis æstuans temperetur, hujus acrimonia demulceatur, siccitas diluatur, depleantur vasa turgida, fermenta innata à vinculis, sine tumultu solvantur, & per cutis spiracula fecernantur. Hæc verò ne spores ab Alexipharmacis quæ tūm sanguinem jam nimis disserptum, exsiccatum & acri indole præditum, dissolvere, exsiccare, actioremque reddere magis apta sunt, quām eundem reficere, diluere, lenire: quod ut clariùs innotescat, animum ad ea advertamus quæ in antidotis adversis toxicis que iam eligendis observanda veniunt. Duò sunt potissimum toxicorum genera, sanguinem cogunt alia, discerpunt & carminant alia, ita ut etiam partes solidas vi suâ causticâ rodant atque depascant. Prioris generis sunt viperæ, Tarentulæ B venena, quæ tamen à non nullis inter corrosiva recensentur C: Posterioris verò Mercurius sublimatus D, Arrenicum E &c. At his diversis venenorum generibus diversa opponuntur antidota: corrosivis quidem lenientia & diluentia, ut si quis arrenicum sumperit, statim, iis quæ vomitum cœnt prius exhibitis, ei sunt præscribenda emulsiones, ptisanæ lenientes, aliaque hujusmodi quibus residui toxicæ acrimonia mitigetur, visceraque ægrotantis vindicentur, quin & ei aquam copiose ut bibat suadendum, quod quidem multiplice experimento comprobatum habetur, non hominum solum, sed & animantium: non nunquam enim in fodinas arsenicales immisii sunt canes qui inde exanimes educti, statim revocabantur atque ipsis aquæ bibenda copia F facta esset. Mures quoque si quando arsenico infecti aquam bibant, liberantur: hoc accedit quod de vulpibus narratur, scilicet ubi amygdalas amaras degustarunt, præ insigni quam inde experiuntur corrosione interire, nisi è vestigio aquam epotent. G Iis vero toxicis quæ sanguinem cogere apta sunt, ea adversantur antidota quæ sanguinem rescindere & dissolvere valent, ut aqua Theriacalis, confessio Alkermes, Mithridatum, Theriaca vetus, sal volatile viperæ: acria itaque toxicæ volatilibus, & sanguinem cogentia lenientibus dulcibusque medicamentis si quis oppugnare aggrediatur, pravam certe sanguinis diathesim adaugebit, & immedicabilem efficier. Idem prorsus de variolarum fermento ferendum judicium. Non mindis itaque errat qui huic morbo mederi contendit cardiacis, Alexipharmacis, apud vulgus adeo decantatis, quām qui corrosivum arrenici venenum arcere, aut lenire fulciperet Orvietano, Mithridatio, Theriacâ, aliisque hujus generis, quæ godentium toxicorum sales salso-acres acuere, vimque causticam intendere summo.

A Mercurial. de
Morb. Pueror.
lib. 1. cap. 2.
Fernel. de
Morb. pestilent.
lib. 2. cap. 12.

B Georg. Bagl.
diff. de Tarent.
cap. 8.
C Joan. Linder
de Venenis.
D Vide Exer-
cit. Med. curs.
de Mercur. duc.
E Cardan. lib.
de Venen.
F Sperling. dif-
fert. de Arsenic.
Joan. Linder lib.
G

F Mercurial. de
Morb. venen. &
venen's cap. 9.
de Arsen.

G Plutarch. 6.
Sympol. cap. 2.
Mercurial. loco
G

perè valent. Variolarum enim fermentum cum sit sal acre-salsum, globulos sulphureos sanguinis discerpens, cutemque ut plurimum erodens, ea sane non expostulat remedia quæ sanguinem exagitare, diffundere & dissolvere, sed quæ hunc lenire, diluere apta sint, ut sunt gelatinæ cornu cervi, emulsiones, oleum amygdalarum dulcium, quo non præstantius alterum aduersus morbos ab acriori materiâ obortos remedium datur A, prisane diluentes, quin & aqua multa, si tamen modus servetur, nam ab aquæ potatione perspirationem insensilem præpediri non immeritò admonet medicinæ staticæ luculentus author B, hinc aquæ potores Rheumatismis obnoxios fere omnes videas. His tamen remediis ne ita fidas, ut sanguinis missione, atque purgationem omnino respicias. Iстis enim prudenter administratis, sanguis æstuans refranatur, exsiccatus diluitur, spiritibus orbus reficitur, impurus defæcatur, ac tandem per cutis spiracula à fôrdibus liberatur.

I V.

A PHLEBOTOMIA hæc omnia bona derivari, cum in nimio erumpentium variolarum æstu, sibimetipsis obicem facientium ritè instituitur, nemo est qui inficias ire audeat, nisi præjudiciis captus, aut in morborum observatione & curatione omnino insolens. Ingens ille sanguinis æstus, qui etiam dum erumpunt variolæ non nunquam contingit C, nil aliud est quam hujus expansio nimia, eaque tanta interdum ut per strictos partium meatus circum eundo viam sibi præcludat liquor, nihil autem citius tutiusque huic expansioni nimia, atque inde nascituris vel jam enatis tot Symptomaticis occurrere aut mederi potest, quam ipsa redundantis sanguinis minutio. Prava fermenta à compedibus partium sulphurearum expediri non possunt, cum vasa sanguine ita oppalentur ut huic continendo paria esse vix possint, phlebotomia vero vasa nimis repleta deplet, adeoque perspirationi favet D, & seminii variolarum secretio nem promovet, eadem prorsus ratione ac scabiei, erysipelatis, aliorumque morborum cutem infestantium, materiam foras amandari ejusdem phlebotomiæ auxilio quotitie videmus: quin adeo Juvatur à phlebotomiâ, motus & expulsio humoris ad superficiem corporis, ut sèpe eadem die, quam secatur vena in acutis febribus, imò paucis interdum à sectione horis, copiosos sudores, eosque criticos ac salutares erumpere conspicimus. Nec mirum sane id videri debet cum venæ sectio efficiat ut qui prior fluit sanguis, ei qui proxime sequitur minori sit impedimento: E tum enim necesse est uberior à corde rîvus profundatur, atque partes internæ antea sanguine impeditæ leventur, suaque munia expeditius obeant, unde & felicior humorum secretio & transpiratio. Certe nil magis, dum furit sanguis, duram meninem unde cordis motus F, atque adeò sanguinis circuitus, proindeque & transpiratio exoritur, onere quo tunc premitur, magis liberat, quam phlebotomia. Nullum præterea adversus peripneumoniam majus præsidium compertum est, quam venæ sectio, cuius ope sanguis à centro ad corporis ambitum, in hoc affectu mirabiliter excitari deprehenditur, quid ni & idem in variolis prestare interdùm poterit eadem sanguinis missio? præsertim cum pulmonum inflammatione sèpe laborent variolis correpti G. In Rheumatismo item, ubi diaphoresis tantopere exceptanda, nullâ re magis id commodi quam missio sanguine conciliatur H, quid ni & in variolis etiam erumpentibus, si eadem intercipiatur, idem contingit? Phlebotomiam, cum ante eruptionem variolarum celebratur, transpirationi sèpè ita conducere, ut qui intus latebat humor mox cutem totam inficiat, negaverit nemo; cur iisdem præ ferociori sanguine lentius erumpentibus moras necet Phlebotomia? Præterea ad venenatorum quorumdam animalium, ut scorpionis, aut rabidi canis, virus, si quando vulnere exceptum est, foras propulsandum, plurimum valere venæ sectionem experientia testatur I: Cur ergo alli variolarum fermentum ad cutis regionem propulsum, atque inde nimiâ fermentatione, jam penè retrocedens, foras non ager? Sanguinem etiam dilutiorem reddat sanguinis minutio necesse est, cum ea vasa relaxet quæ ob nimiam sui tensionem serum elargiri vix poterant, hac enim remissione fit ut capsula

A David Ha-milton de præceos Regulis. Item Zunigerus dicitur, de Amygd.
B Sanctor. Med. stat. sect. 34 Aph. 67. Vide etiam Jo-an Freind emmenolog. cap. 3.

Vide C Anton. Merind. de Febr. cap. ultim.
Joann. Chicot. de Morbillor. & variolar. ortu, causis & curatio-ne, ad Theodor. epistol.

Laz. River. de pestil. febr. cap. 2. de variol. & mor-bill.

D Merind. Chi-cot. River. locis jam citatis,

E Bellin. sang. miss.

F Georg. Bagl. de fibr. motr. speciun. lib. 1. cap. 1.

G River.

H Jf. Cattier. de Rheumat. c. 8. Joan. Chicot. de Rheumat. cap. 3. & sequ.

I Cels. lib. 5. cap. 27. art. 5. edit. Almioveer. Vide quest. med. Parisiis in Schol. 5 Med. discessum die 11. Maii 1702. ac variolis dia-phor. Vide etiam Zuniger. Præx. Media Hydroph.

A iii

atrabilariae quæ seri portionem excernunt, eamque in venas emulgentes traducunt, quæ exsiccum sanguinem è renibus reducem diluunt, suo demum munere fungantur. Sic lympha à sanguine segregata facilius in venam subclaviam transfunditur ac sanguinem è partibus reducem irrorat. Sic è cerebro rediens sanguis humescit serò quod

A Ant. Pachioni, *Ant. Pachioni, de glandulis conglobatis duræ meningis seceruntur A, & in ventriculis cerebri collectum labitur per infundibulum in spongiosam glandulæ pituitariæ substantiam, indèque per peculiares ductus in venam jugularem traducitur, adeo ut Phlebotomia auxilio, serum in variolis, ob febris saevitiam, suis vasis retentum, restituatur sanguini, hunc diluat, ejusque acorem deliniat. Spiritibus etiam tūm fovendis, tūm resarcendi Phlebotomia opportunè celebrata confert non parùm, sanguine enim, in variolis seu erupturis, seu tandem erumpentibus, ita dissoluto & commoto ut arteriæ ultrà quā par est distendantur, nervorum qui his ubique interseruntur, non potest non valida esse compressio, hac autem compressione necesse est aut intercipit spiritus, aut saltem minori copiâ secerni; B ita ut ingruat dyspnœa, obruatur animi*

B Vide Joh.
Freind. emmeno-
log. c. 12.

C Joh. Jacob.
Wepfer. histor.
Apoplecticor.

D Ant Merin-
dol. de febrib.
cap. ult. River.
de variol. Mercur.
de morb.
puer. cap. de va.
riol.

E Avicen. lib.
4. feb. 1. tract. 4.
c. 10. init.

Rhasis 3. cons.
tract. 13. cap. 2.

Herculan.
comm. in cit. avi.
cen. text.

Amar. Lusit.
cent. 3.

Mercurial. de
morb. Puer. lib.
1. c. 1. versus
fium.

Mercatus lib. 7.
de febrib. ad fi.
nem & lib. 1. de
morb. puer.

Schench. lib. 6.
observ. med. obf.
106. & 107.

F Vide ques-
tionem med. an
omnis morbus à
coagulatione M.
Dionysio Dodart
Prefide, discussa
Parisiis in Schol.
medicor. die 12.
Novemb. 1703.

Vide etiam de
legitimo Phlebo-
tomie usu Joh.
Freind, emmeno-
log. c. XI.

G Godef. Bidloo
exercit. anatomic.
Chir. decad.
Mart. Lister dis-
sert de humor.
cap. 50.

atrabilariae quæ seri portionem excernunt, eamque in venas emulgentes traducunt, quæ exsiccum sanguinem è renibus reducem diluunt, suo demum munere fungantur. Sic lympha à sanguine segregata facilius in venam subclaviam transfunditur ac sanguinem è partibus reducem irrorat. Sic è cerebro rediens sanguis humescit serò quod

in glandulis conglobatis duræ meningis seceruntur A, & in ventriculis cerebri collectum labitur per infundibulum in spongiosam glandulæ pituitariæ substantiam, indèque per peculiares ductus in venam jugularem traducitur, adeo ut Phlebotomia auxilio, serum in variolis, ob febris saevitiam, suis vasis retentum, restituatur sanguini, hunc diluat, ejusque acorem deliniat. Spiritibus etiam tūm fovendis, tūm resarcendi Phlebotomia opportunè celebrata confert non parùm, sanguine enim, in variolis seu erupturis, seu tandem erumpentibus, ita dissoluto & commoto ut arteriæ ultrà quā par est distendantur, nervorum qui his ubique interseruntur, non potest non valida esse compressio, hac autem compressione necesse est aut intercipit spiritus, aut saltem minori copiâ secerni; B ita ut ingruat dyspnœa, obruatur animi

vigor, & pro ratione momenti quo nervi premuntur, succedat aut stupor, aut somnolentia, aut somnus profundus: non secūlī ac vino liberius epoto sequi solet.

Sed quod lethalius est, interceptis spiritibus imminuuntur vires quibus deficien-
tibus, variolarum eruptio fieri, aut absolvī nequit: at Phlebotomia, sanguinem
minuendo, his omnibus aut medetur aut occurrit, adeoque spirituū conserva-
tioni & secretioni mirabiliter conducit, variolarumque eruptionem non medio-
criter promovet. Tantè interdum sanguinis copiâ, dūm erumpunt variolæ, inflantur
vasa cerebri, ut non solum spirituum canaliculos, tractusque medullares suā disten-
sione angustent, sed etiam ipsa disruptantur, sanguinemque in cerebri substantiam
effundant, & ineluctabilem pariant apoplexiā C, præfertim si ægrotantes obesiori
sint habitu, cui sanè malo occurere nil felicius potest quam ipsa sanguinis detractio,
modò tamen maligni adeò moris non sint variolæ, ut humanum non sit ab earum
insidiis præcavere. Cum igitur, etiam erumpentibus variolis, ingens adest vasorum
plenitudo, quæ ipsorum vim in fluida exerci non patiatur, tunc certe sanguinem mittere
venâ sectâ expedit, ut natura, parte oneris quo premebatur levata, quod supereft
liberius expellat. D Id remedii genus quantæ sit in his à plethorâ ortis affectionibus effi-
cacia, præter rationem & peritiorum in arte Medicâ virorum testimonia E, qua-
nimium variolarum, etiam erumpentium, æstum, alio remedio nec securius nec citius
castigari docent, experimentum frequens confirmat, necnon & ipsa natura indicat,
quæ spontaneo sanguinis profluvio utiliter plerumque invariolis & morbillis etiam
erumpentibus, usa est. F Neque quis dicat plurimos, vel saevioribus erumpentium
variolarum symptomatis conflictatos, ne punctâ quidem venâ nihilominus conva-
luisse, robori enim naturæ tūm habendas esse gratias ille sciat, non crudelissimæ
arti, quæ dūm pretioso, ut vocant, vitæ thesauro parcere videtur, ægrotos sc̄epe ne
ferro vulneret, sanguine præfocat, in eosque quo magis mitescere videtur, eò saevit
acerbius. Absit verò atrocibus eorum præceptis morem geramus, qui sanguinem
humanum adeo vilem habent, ut ad omnes quoscumque, cum variolarum, tum ca-
terorum morborum casus, non frequenter modo, sed & copiose fundendum esse præ-
dicent, quin imò & tantum in eo mittendo, securitatis esse contendunt, ut vel
totus sine ullo vitæ discrimine tolli posse clamitent. Quod si stupeas, corpore sanguine
vacuo æque fere pulsare cor hilares reponunt, quasi verò donec ultimum illud
mortiens movetur, nihil sit quod à sanguine profundendo deterrere debeat? Quas sanè
non medentium sed furentium voces, haud immerito exhorrescant omnes Medicorum
Scholæ. Eo certè consilio, in prædictis erumpentium Variolarum symptomatis, san-
guis mititur, ut debita partibus inflammatis, nimium quæ tensis laxitas procure-
tur, atque indè vi suā elasticâ, & motibus oscillatoriis restirutis, agere in liquores fa-
cilius & placidius possint: at certè sanguinem, si manu profusori mittas, flaccescens
vasa, neque erunt motibus suis obeundis idonea G, præterea in quemnam liquorem

7

vim suam, si quæ nihilominus supersit, exerent, si sint inanita? Demum è sanguine eruuntur spiritus animales, at si desit sanguis, unde nam haurientur spiritus illi, omnium certè functionum opifices? iis enim ne credas apud quos A spiritus animales tanquam humani ingenii figurae habentur, quorum certè præjudicata opinio à peritissimo in re anatomica viro, quam plurimis iisque validis argumentis facile refellitur B. Suus est igitur phlebotomiæ modus, sui sunt certi fines, quos ultrà citraque nequit recta medendi ratio consistere: hos si transcendis vires dissolvis, crises impedis, secretiones moraris, quin & spiritus calidumque natum deprædaris, sine quibus ea quæ tantopere, cum in omnibus morbis, tūm præsertim in Variolis, fovenda est, ventriculi digestio, prorsus aboletur; sive enim chyli confection ab unâ trituratione pendeat, quæ certe fabula est C, sive à salivali succo, aliis que non nullis, quod rationi & experientiæ congruit, nulla profecto sine spirituum animalium influxu, fieri posse intelligitur. Tanta est nonnunquam, etiam dum erumpunt Variolæ, morbi ferocitas, ut venæ sectionibus ritè prudenterque iteratis, non ita cedar, aut cessura videatur, quin purgationis opem expostulet: idque certè roties contingit, quoties ingens quædam cacoehymia primas vias tener, orgasmaque concitantur humores, tūm enim ad fermentum variolarum crassioribus sordibus tanquam visco adhærens, evolvendum, potio purgans tutò feliciterque exhibetur, non solum iis medicamentis constans quæ deorsim, sed & iis non nunquam quæ sursum noxios humores propellunt, purgatio namque sordes sanguinis educit quibus fermentum variolarum ita implicitum tenetur ut ad cutem ferri vix possit, adeoque hoc eodem præsidio, quo humores ab ambitu ad centrum avocari vulgo putantur facilior fit per cutis spiracula residui fermenti excretio, præterea licet purgans multos trahat humores ad partes internas, eas tamen ibi morari cum non finat sed foras trudat, necesse est quæ plurima arceat aut avertat symptomata tūm erupturis tūm erumpentibus Variolis, haud alia ratione supervenientia, quæ quod ægrotantium sanguis majori sordium copiâ inquinatur, que ejus fermentationem intendunt. Medicamenta purgantia ron solum stimulis pollent quibus intestina vellicant, sed in ipsum sanguinem ingrediuntur cujus crasis non mediocriter immutant D, quin & ipsius circuitum redintegrant si opportunè exhibeantur, ea scilicet removendo quæ vasa obturant, adeo ut transpirationi non mediocriter conducant, quare qui purgantur facile lœduntur ab aere frido: humorum namque pars tenuior quæ tūm ad cutem copiosius fertur, retrocederè cogitur, tanta denique est purgantium, eorum præsertim quæ sursum agunt, ad humores etiam per cutis spiracula excernendos vis & potestas, ut quibusdam in morbis non alia ratione quæ ad sudores promovendos à non nullis medicis, quod certe feliciter succedit, exhibeantur E.

V.

IDEO forsan à phlebotomiâ & purgatione, in Variolis seu erupturis seu erumpentibus instituendâ abstinebis, quod in febribus pestilentibus, quarum naturam eandem esse ac Variolarum opinantur non nulli, neutrum unquam prefuisse, quin imò maximum indè damnum semper esse consecutum, innumera testantur exempla F. Verum nec te tot exempla, summi orumque in re medica Viterum testimonia moveant, discrepant enim non parùm à pestilentibus febribus Variolæ. Ha à salibus acrisis salis in corpore jam ab ipsius primâ explicatione delitescentibus, sanguinem que deinde afficientibus, originem ducunt suam, illæ vero à subtili quodam inquinamento aeri insperso, quod statim & primario spiritus labefactat G: spiritibus aëre prave affectis, certe neque phlebotomia quæ sanguinem, neque purgatio quæ humores, sed alexipharmacæ quæ spiritus primo attingunt convenire jure merito videntur. Fortè etiam Variolarum, eâ quæ diximus ratione pravè erumpentium, crudus qui tūm semper necessariò existit humor, ab instituendâ purgatione tuum animum avertet, sed artis usu animadversum esse memineris, crudioris ejusdem quæ turgescens humoris purgatione, anicipitem periculosem que morbum, tutum

A Barbat. de sang. ejusque fero. Harvæus ad Riolan. Conringius & alii non nulli.

B Philip. Werheyen, Supplément anatomie.

C Mémoire sur la cause de la digestion des alimens, par M. A. Struc. Vide & Mart. Lister, de humor. cap. 17. Joh. contr. Brunner. de lymph. & pancreatus usu cap. 4. Mart. Polili trionfo de gli acidi. c. 3.

D Vide Aristot. Problem. sec. I. Probl. 43. Fernel de purg. cap. 6. Joh. Freind. em. enolog. c. XI.

E Enchiridion of fevers incident to Scamen i' celi à dire, traité abrégé des Fèvres qui arrivent aux gens de mer pendant l'Esté sur la Méditerranée, par Thomas Bates, à Londres,

F Paraxus lib. 21. de peste. cap. 24. testatur, an. 1563. e in Parisis funesta admodum saevit pestilens febris, omnes hac febre correptos quibus liberanter sanguis missus est, deterritus inde habuisse tandemque interisse, reliquos quibus solis Alexiteris pro-

vistum est, fere
omnes evasisse.

sæpe numerò , salutarem què reddi ; H si verò pustulæ, ineunte febre , ut sæpe sit, erumpant , num purgare fas est ? ita sane si orgasmus adsit : ineuntibus enim morbis si quid movendum videtur , tutius est move , quam vigentibus , uti probè admonet Hippocrates. At nihil esse orgasmum apud Hippocratem præter humoris coctionem , hanc autem initio morborum ferè nunquam reperiri , adeo què nec tūm purgationi locum esse repones. Sed toto cœlo aberrat , si quis orgasti nomine coctos humores ab Hippocrate intelligi putet , quin imò id sentire non est hominis in Hippocratis lectione vel mediocriter versati ; quando quidem summus ille vir ubi dixerit concocta purgari debere , statim moneat cruda non debere nisi turgeant.

Quod sanè effatum omnes cùm veteres tūm recentiores , quos longa felix que in medendo experientia insignes fecit , suo suffragio , & agendi ratione comprobarunt. Hunc autem orgasmum cave ne prætermittas , fugit enim nunquam fermè redditus ; hinc raro seu non pluries , sed semel duntaxat acutorum initio exoriri solitum animadvertisit medicinæ princeps. Quid plura in iis non erupturarum solùm , sed & erumpentium variolarum gravibus symptomatis quæ à viscerum nutritiorum vitiis succis oriri videntur , usu venit purgatio , ne natura humorum mole gravata & quasi sub pondere gemens , tanto oneri impar coctionem non possit aggredi , nec secretionem moliri , nec ad excretionem se se accingere. Tūm certe noxiæ , licet incoeti succi vincula , purgatione sunt solvenda , & claustra referanda , ut possit tandem erumpere ; metuendum enim ne morbus , antequam humor tempore maturescat , ægrotum jugulet. Hæc est occasio præceps , in quâ , si uspiam , sollicitæ sunt agendæ excubiaæ , ne effluat inter moras rei gerendæ opportunitas. O quanta sæpe cùm in cœteris morbis , tūm in variolis præsertim evanescere amittitur , cum instabiles succos , aut maligna cacochymia noxios , aut in publicis viis stabulantes , statim initio , licet jà erumpant variolarum evanescere , non educimus , quasi fas non sit , nisi viatos & jam senescente morbo , castigatos humores aggredi !

Scribit Guillelmus
Fabr t. cent. 4. ob-

ferv. 22. in pestilentie febre lausanensi , eorum quibus secta fuit vna convaluisse neminem.

Guimerius Andernacus quoque testatur in lib. de pest. venæ sectionem in pestilentie febre , suo tempore , Parisis grassante , ita extirpam fuisse , ut ii omnes quibus sanguis missus esset , extincti fuerint.

Fallopia litteris prodidit omnes quibus ab an. 1514 usque ad 1519. in malignis febribus vena secta fuerat , perisse , eorum autem qui Phlebotomiam non sunt experti quam plurimos convalusse.

P. Salius de febri. pestil. cap. 21. observat , quii artem Medicam , an. 1508. & 1519. proficiebantur , uno ore oranes afferuisse , nemini tum , in febre maligna sanguine , non lethise ann fuisse venæ sectionem.

Petr. Forestus lib. 6. observ. 9. refert in pesti Delphini anno 1557. grassante , eos omnes quibus post horas 12. secta fuisset venæ è vivis excessisse.

Roder. Fonsec. de sanitate tuenda , c. 27. ex quamplurimis quos maligna febre cutaverat , longe plures mortuos esse satetur quibus sanguis missus fuerat.

Joh. Boxelius 1. part. Regim. cap. 9. assertit se experientiæ didicisse in pestilentibus febrib. purgationes nullatenus conferret

G. Fernel. de Morbis occultis , lib. 1. cap. 11.

H. Fernel. de purgat. cap. 12.

Ergo erumpentibus variolarum evanescere , à Phlebotomiâ , & purgatione non semper abstinentur.

Domini Doctores disputaturi.

M. Joannes Gaillard

M. Mathaus Donisius Fourier.

M. Carolus Thuillier.

M. Carolus Bompard.

M. Nicolaus Andry Lector
Professor Regius & Praeses.

M. Claudius Dufresne

M. Bertin. Simon Dieuxivoye.

M. Joannes Baudin Serenissimus
Delphinae medicus Primarius.

M. Guydo Erasmus Emmeret.

Proponebat Parisis HENRICUS BESNIER Parisinus ,
Bacalaureus Medicus. A. R. S. H. 1712.

Apud Viduam Francisci Muguet , Regis & Facultatis Medicinæ Typog. 1712.